

Krieg gegen Seeräuber

Seeräuber suchten im 1. Jh. v. Chr. viele Gebiete des Mittelmeeres heim. Mächte jedoch der Kommandeur einer Küstenprovinz Jagd auf sie, flohen die Seeräuber oft in die nächste Provinz und suchten sich so ein neues Operationsgebiet. In Rom wurden deswegen die Rufe nach einem groß angelegten Kriegszug unter einem einzigen Feldherrn lauter.

Rōmānī, quamquam dominī orbis terrārum erant, tamen in multīs imperiī partibus insidiās pīrātārum timēbant. Tandem huic malō finem facere et ūnī virō imperium¹ bellī dare cōstituērunt. Cn. Pompēium iam multīs
5 bellīs probātum dēlēgērunt. Quī hoc mūnus suscipere nōn dubitāvit.

Statim Pompēius in omnibus regiōnibus, quae ā pīrātīs vexābantur², nāvēs ōrnārī iussit. Lēgātōs dēlēgit, quōrum virtūs singulāris erat. Quī pīrātās, ut omnēs spērāverant,
10 pūgnīs ācribus brevī tempore vīcērunt.

Quia Cilicia³ ā pīrātīs māximē urgēbātur, Pompēius ipse in hanc regiōnem contendit. Ibi classem comparāvit. Profectō eī contigit pīrātās opprimere. Ingēns numerus eōrum captus est. Eōs Pompēius nōn ad mortem ducī iussit, ut mōs erat, sed
15 in regiōnibus variīs collocāvit⁴. Praeterea eīs agrōs dedit. Hōc modō pīrātae agricolae factī sunt⁵.

Pompēius māgnō gaudiō Rōmae acceptus cōgnōmine⁶ Māgnus dictus est.

- 1 Nenne die Maßnahmen, die Pompeius im Kampf gegen die Seeräuber getroffen hat.
- 2 Stelle Vermutungen an: Warum hat Pompeius die Seeräuber nicht zum Tode verurteilt?
- 3 Pompeius gehörte zu den bedeutendsten Persönlichkeiten des 1. Jh. v. Chr. Informiere dich in einem Lexikon über weitere wichtige Stationen in seinem Leben.



Büste des Gnaeus Pompeius Magnus

¹ imperium, imperiī *n.*: hier: Befehl

² vexāre, vexō: plagen

³ Cilicia, Ciliciae *f.*: Kilikien (liegt im Gebiet der heutigen Türkei)

⁴ collocāre, collocō: ansiedeln

⁵ factī sunt: sie wurden

⁶ cōgnōmen, cōgnōminis *n.*: Beiname

Cn. steht hier für *Cnaeum*.

